

## No. 1192. 1476. 22. Mai.

*P. Sixtus IV. ernennt den Abt des Klosters U. L. Fr. zu Breslau, den Probst zu St. Afra in Meissen und den Decan zu Magdeburg durch die Bulle Militanti ecclesiae etc. zu Conservatoren der Rechte und Besitzungen des Hochstifts und beauftragt dieselben, da von Seiten des Capitels Klage geführt worden: quod nonnulli archiepiscopi episcopi aliique ecclesiarum praelati et clerici ac ecclesiasticae personae tam religiosae quam seculares, necnon reges duces marchiones comites barones nobiles milites et laici communia civitatum universitatum opidorum castrorum villarum et aliorum locorum ac aliae singulares personae civitatum et diocesum et aliarum partium diversarum occuparunt et occupari fecerunt castra villas et alia loca, terras domos possessiones iura et iurisdictiones, necnon fructus census redditus et proventus tam capitularis dictae ecclesiae, quae ad praesens pastore caret, quam episcopalis Misnensis mensarum, et nonnulla alia bona mobilia et immobilia spiritualia et temporalia ad praefatos capitulum ac pro tempore existentem episcopum Misnensem necnon dilectos filios praepositum decanum singularesque canonicos personas vicarios et beneficiatos perpetuos dictae ecclesiae eorumque et cuiuscunque eorum familiares spectantia, et ea detinent indebite occupata seu ea detinentibus praestant auxilium consilium vel favorem, nonnulli etiam — multiplices molestias et iniurias inferunt et iacturas etc. unter Aufhebung aller und jeder dieser Anordnung entgegenstehender Bestimmungen ohne Ausnahme gegen diese Beschädiger der Güter und Rechte des Hochstifts, des Domcapitels und seiner Geistlichkeit auf Erfordern mit Ernst einzuschreiten. Datum Romae apud s. Petrum anno inc. dom. M.CCCC.LXXVI. undecimo Kal. Junii pont. n. anno quinto.*

P. de Monroy.

Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden mit dem Bleisiegel an hänfener Schnur.

Asciani montes piet. p. 599.

## No. 1193. 1476. 9. Juni.

*P. Sixtus IV. verordnet auf Ansuchen des Kurf. Ernst und der Herzöge Wilhelm und Albrecht, dass in die Domcapitel zu Meissen, Naumburg und Merseburg künftig unbedingt Niemand aufgenommen werden solle, der nicht entweder von Vater und Mutter einem Rittergeschlechte entstammt und ehelich geboren, oder in der Theologie, beiden Rechten oder einem derselben Doctor oder Licentiat, oder Magister der Medicin sei.*

Sixtus episcopus servus servorum dei ad perpetuam rei memoriam. In supremae militantis ecclesiae specula meritis licet insufficientibus a domino constituti inter curas multiplices, quibus rerum negotiorumque occurrentium varietate distrahimur, illam libenter amplectimur, per quam nostrae provisionis ope singularum potissime cathedralium ecclesiarum decor et venustas procuretur. Sane pro parte dilectorum filiorum nobilium virorum Ernesti sacri Romani imperii principis electoris ac Wilhelmi et Alberti ducum Saxoniae nobis nuper exhibita petitio continebat, quod in territoriis et dominiis eorum inter alias Alamaniae cathedrales ecclesias sunt etiam Misnensis, Nuemburgensis et Merszeburgensis insignes cathedrales ecclesiae, in quibus et earum singulis si statueretur et ordinaretur, prout in plurimis aliis ecclesiis Alamaniae statutum est et ordinatum ac observatur, quod nullus inibi in canonicum reciperetur ac ad praebendas dignitates personatus administrationes vel officia in